



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Boreas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

consueverit : nam cum propinquioris portæ clavi Draco circumvolutus esset, monstrumque id esse vates denūciaret : *Minime mihi quidem videtur, inquit, sed si clavis Draconi circumvoluta esset, monstrum asseverarem.*

Quod Argum inter- ficerit, ut ibi Eufb. Serpens interfecer.

VOLUMEN. CAP. X.

A Libi cur Dracones Cereri vectandæ adhiberentur, explicuimus, sed quoniam nihil prætereun- dum existimavi, quod in significationum argumentum apud scriptores veteres comperissent, addendum quoque fuit, scripta lucubrationesque in Anguium nomen devenire : siquidem Zeres Hesiiodi interpretæ Dracones, quibus vecta Ceres Proserpinam quæritabat. significare ait volumina, quæ Triptolemus de agricultura conscripsit, eoque loco *δημητερον*, Terram matrem interpretatur: consuevit enim Dores γ in δ vertere, ita quæ *γη μήτηρ, δημητερον* mox dicta.

TROPHONIUS. CAP. XI.

Sed & Veterum, ut Euripidu in Ione. Cicero Tuscul. lib. 1. Arist. in Nubib.

Simulachra quædam juxta Ercynam fluvium in specu quodam fuisse memorat Pausanias, quæ dicata erant cum sceptris, circa quæ Dracones obvoluti complicabantur, quæ nonnulli, antiquarum rerum ignari, Æsculapii & Hygiæ simulachra existimabant, cum tamen Ercynæ & Tropho- nii essent hieroglyphica, quibus etiam antiquitas Dracones consecravit, sive ob oraculorum pre- dentiam, sive ob rei, quæ in promptu erat similitudinem, quod oracula Trophoniana subterraneo in specu reddi solita : in specu autem & subterraneis cavernis Angues libentissime latitare ignotus nemo. De Trophonio pleni sunt doctorem etatis nostræ libri.

BOREAS. CAP. XII.

Boream quoque ventum ajunt hieroglyphice Viperinis caudis, pedum loco, præditum figurari, qua quidem specie insignis cum Orithyia raptu in Olympia visebatur, in donario à Cypselidis dicato.

DE SCORPIO. CAP. XIII.

Inter serpentina Scorpium non habet locum, sed quia venenosum est animal, hic minime prætereun- dus fuit : super eo tamen partem eam tractare prius instituimus, quæ cum Crocodilo negotium habet.

Crocodili cum Scorpio edium

HOSTIUM CADES MUTUA. CAP. XIV.

Hostes enim duos pari conditione inter se dimicantes, vicissimque in damna mutua concurren- tes, ostendere si vellent Ægyptii sacerdotes, Scorpium & Crocodilum pingebant : nam si go- nuino quodam inter se odio flagrantes, simulatque alter alterum inspexerit, in mutua funera sponte rapiuntur, amboque eadem dimicatione perimuntur. Quia vero & terrestris & marinus Scorpium invenitur, de marino hic dubio procul intelligendum. Quod si rem vestigio peractam indicare voluissent, Crocodilum Scorpium subjectum pingere mos erat : ictus enim Scorpium quam primum ter- terimit Crocodilum : sin distractam diutius pugnam, difficulterque in necem deventum ostenderent, superatum à Crocodilo Scorpium faciebant : is enim motu segnis, longe diutius laborat antequam hostem assequatur, & interficere possit.

Citatur à Commentatore Nicandri.

DOLI FALLACIÆQUE. CAP. XV.

Terrestris vero Scorpium doli atque fallaciæ signum habetur inprimis, estque apud Sophoclem Captivis, proverbium in hanc sententiam, *ἐν πικρῷ γὰρ τὰ σκέρπη* Φερεῖ λίθῳ, quippe *sub omni lapide Scorpium insidiari*. Sic & Theriacis Nicander :

Σκέρπη δ' ἀπεσιδῆς ὀλίγω ὑπὸ λαίλοχος.
Scorpium insidias parva sub caute tetendit.

Apulejus acerbiter morum per Scorpium notat, ubi illa : *Nosti quendam barbarum nostræ civitatis Decurionem, quem Scorpionem pro morum acritudine vulgus appellat*. De insidiis vero, quæ post ali- quam felicitatem subsecutæ fuerint, Sidonius de fortuna loquens ait : *Quæ virum, ut Scorpium, ultimum sui parte percussit*. Quin & Mathematici vel Ambrosio teste, percussorem, & ad invadendum ex insi- diis promptum eum futurum dicunt, quem Scorpium nascentem exceperit.

IN.